

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 \* 4 \*



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestam nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomea.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Ida honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Veraliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualt.
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



**BULLA**  
*vel*  
**AMULETUM**  
*humani Livoris*  
*& impij Luroris;*  
*AD VIRUM MAGNIFICUM*  
**Dn. CASPARUM**  
**ALEMAN,**  
 JureConsult: eximiū;  
 CONSULATUS MAJESTATEM

*εὐνοῶν ποίησ,*  
*Votis Bonorum; suffragijs Meliorum;*  
*adplausu Optimorum;*  
*denuò oblatam*  
*assumentem,*

*SCHOLARCHAM Prudentissimum.*

TTPIS  
**ANDREÆ BEZELII,**

ANNO

*Christi perpetuo sit MagDabllrgla Virgo!*



MAGNIFICE Dn.,  
CONSUL;  
CASPARE ALEMANNÉ,  
SCHOLARCHA prudentissime,  
COMPATER gratiosissime.

**S** propitio Mnsarum uti vellem instinctu; Laudum latè pa-  
cens argumentum à te me nactum esse fateri tutò possum.  
Virtutibus Dijs parem fecisti & assimilasti Te; *Fama Cam-*  
*erun* aperuisti; occasionem non hodie primum monstrasti;  
tolertiam cottidie præbes illustrem. Cæterum in tam No-  
bili Patriâ, tam splendidosq; Cives *Civem Originarium* honorari, certè  
quidam Virtutis index est. Si qui verò nihil conantur; nec illustre neg-  
ocium gerere sibi præceperunt; manere semper obscuros, & silentiis  
involutum iri cum sepulchro, illorum est Inertix proprium. At Indu-  
strix & Sapientix merces; Excellere; Clarefcere; & in æstimum am-  
plius Honorum ob oculos omnium collocari. Profunda verò Generis  
origo, siquidem ob Honestatem illa prædicatur, merito numeratur in-  
ter illas res, quæ decus hominis & argumentū augent. Claritudo Tuor-  
um Natalium jam à quingentis circiter annis cunctis mortalibus est  
perspecta. Quibus, dū Tibi Vita digna ducitur, eò conspectior es. Do-  
mus tua fulget intus Virtutum & Sapientix exemplis; Aliorum quo-  
rundam splendet extra & intra vanis picturæ coloribus. Opum abun-  
dantiam copiose numeras; & tantam quæ Equestri Reip nostræ sta-  
tui, Virūmq; quorū Tu non postremus es, Sapientium ordini, compe-  
tentissima est. His enim Virtutis stabilimentum in Ætatis æstate ful-  
ciebas: id prudentem decebat. Jam in honorum & annorum Viade-  
miâ vel Autumno, proventum earum facis publicum, ad Patriæ Bonū  
elargiendo; quod Virum Equestris Ordinis, quem Vulgus Patricium  
vocat, oportet, *Schola* Auditorium, affabrè illustratum, facit, ne tuum  
connotetur Nomen in Oblivionis palinxeftum. Et quidni? dum pau-  
cissimos ei rei te penes æmulos habes, qui gratiam apud DEum hanc  
ineant, ut *Religionis* & omnis Honestatis Templum in *melio rem statum*  
dari serio strenuèq; desiderent. Religiosum autē Gratix Cœlestis pon-  
dus si commovere plures non potest, nisi tot Illustres in Rep. Viros,  
quot Orbis hujus partes sunt; dolendū esset, tam profligatè *Fama Dei*  
nego-

negocium tam perpaucaſſimorum Animam perſtrinxiffe permitti, ſi-  
 ne ſequentibus Exemplis. Quod ſi tamen hoc quoq; dolore nos affli-  
 gere cogemur; Tu cum gemino *Reſtauratorum* pare, ne laſſeſce qua-  
 ſo! Apud *Aſanegos* *Affricæ* gentem, ajunt, *Virtutem & Honorem* peſſimè  
 olere. Quid apud Homines hujus ſeculi futurum ſit, ego poſſum ſuſpi-  
 cari; Deus ſcire. In Inſula *Æginâ* ſacellum *Æaci* fuit, ubi ſaventibus *Gra-*  
*tijſ* *Coronæ* benemeritis adpendebantur, & ſuſpenſe conſervabantur.  
 Si deſtructum eſt à tot annis Templum illud; non certè ſimul è medio  
 ſublatus eſt Omnis Bonorum cultus, quibus illi Viros Ingenijs & meri-  
 tis Deo proximos jure proſequantur. Quæ Te cauſa multoties obſecro  
 ut oblectet, etiam ſi nemo in participium iſtius apud Hom. melius ſen-  
 tientes Laudis, apud Deum Gratiaſe ſeſe obferret. Non facile conſtare  
 poteſt, de cujuſq; ſolertiâ, niſi deducatur in opus, & conſpectum; illud  
 quod quiſq; proſitetur. Palam igitur patefacis Tu, Magnifice Vir, quid  
 non policeri tantum, ſed præſtare quoq; dum potes, velis. Nec ſaltem  
 externâ Religionis larvâ piæ vitæ cultum præfers. Quod illi faciunt,  
 qui plus præputant, nitore Virtutum fulgere foris; intus domi verò  
 ſqualore putiſcere à volutabro turpitudinum: & publicam verbis ſa-  
 lutem curant; ipſâ re quidvis potius agere confident. Nihil horum in  
 Vobis, qui ſanguine de meliori eſtis, unquam eſt auditum: nihil fuci,  
 nihil ficti, nihil picti: cuncta vera, ſerena, aperta, *Æquitatis* plena; quæ  
 ſos Veritatis eſt & Juſtitie. *Conſulis* Nomen non ſive factus & arrogan-  
 tiaſ, ſive tyrannidis, ſive libidinis *Conopeum* eſſe, perſuaſiſti Tibi; ſed  
*Conteſtationem, Obicem, Nutricium, Solom, Venerem, Libum*  
*Pietatis. Juſtitia. Scholæ. Plebis. Innocentia. Omnifaria Virtutis.*  
 Lites æquo libramine Juris dirimere qui poſſit, qui velit, is tu es.  
 Suum cuiq; Jus tribuendo: Virtuti præmium, Flagitio ſupplicium. Nec  
 temeratio conſilio; nec ſegni providentiâ. Semper inſidentem animo  
 Publicæ Majæſtatis curiam & curam circumfers: ab ingenio excelſo,  
 ſubtili, dulci, facili judicio conſiliû invenire præclare, enunciare ma-  
 gnificè nunquam imparatus. Bonorum maximorum unû eſt Libertas,  
 quâ Multitudini nihil plauſibilius: Conſuli nihil glorioſius æſtimas:  
*Τὰς Φαεναν κρηπίδα τῆς ἐλευθερίας* conſervare ſemper ſtudens. Cui  
 rei conſentaneum eſt, quod *Charondæ* exemplo geris Te: nam apud  
*Thurios* ille Legem tuliffe ſcribitur: Ut *Omnes Civium Liberi Libera-*  
*labus Litterarum Studijs imbuerentur, Ludi-Magiſtris autem, Civitatis eo-*  
*rum ſiſcus mercedem, non triobolarem quidem, ſed honeſtam penderet.* Me-  
 mor es, & peritus, quicquid in *Scholam Urbanæ Juventutis* beneficij  
 confertur:

confertur: id ad singulos Omnium Statuum Cives immane • magno  
cum foenore redundare. Nimirum uti sanguis dispertit se in Corporis  
venas. Et hoc est verè *Consulem* esse: *consulem* quidem, *manificum* con-  
sulendo; *magnificum* agendo; *constantem* perficiendo. Et hic *Consu-  
lem esse, Alemannicum* est.

Sed quid ago? Non laudare, sed gratulari jam volueram Alterum  
Consulatum. Quod igitur possum. Optimo voto

Fidus prosequar Augur

Cum citharâ & votis Te penes atq; viam

Flore Muséo gratè sternam,

Domi forisq; adprecabor inconcussam Corporis sanitatem, invidiæ fu-  
gâ, successum omniû actionum, Vitam ærumnâ deniq; laboribusq; ca-  
rentem Nimiis. nam omnibus posse carere *Consulem*, fas non est. Simul  
hanc Animi mei Pietatem & Observantiam Dedicatiunculâ Sanctarû  
Odarum contestari destino: Quas pientissimâ Devotione Germanis o-  
lim Rhythmis Barptolomæus Cyclodrymæus delineavit; & pari *πήχες*  
Latinis à me donari mihi liberum reliquit. Quas dum domi solus de-  
cantillo, simul alios foris modulari mecum facio, cum *Ecclesia* (cujus  
hic querimonias propono.) vereq; *Christiani* se multis modis affligi  
agnoscunt; Deoque omnium vindici deprecari peccati culpam, perse-  
cutorum insaniam, & calumniatorum virulentiam certatim instigant.  
Dum nihil autem Mundo vetustius est, nihil nobis infelicius contin-  
get, quàm vetustissimis, & ruinam minantibus ædificijs diu vivere. te-  
ste Camillo Campegio. Interim tamen, quod ævi cunq; degitur; ita  
transigendum est, ut, quantum est, *Meliori statu* simus. Istud præcipue  
ὁ Φιλόπολις Consul nobis præstat. qui Tu es *Alemanne* Magnifice, Do-  
mine Meccenas & Compater faventissime: is tu es, inquam ὀλῆ καρδία  
αἰκόλακος, in Imperiali Libera nostrâ, ἐντα σώτεια θεοῦ πύρεδες & ἀ-  
σκειτὰ θεμια: & in quâ semper certatum est virtutibus. Salvè ergo age:  
& Symbolon hoc quantillum cunq; eâ fini, quâ obfero, benigne susci-  
pe. Id quod facturum Te, mores vigore ac eomitate mixtissimi Tui mi-  
hi pollicentur. Magdeb. a. d. 4. Martij. Anno M. DC. XX.

M. JOHAN. BLOCIUS.

PSALMUS I.

1.

**B**eatus ille, cor cui  
expers Malignitatis :  
ne perpetraret improba  
scelus profanitatis :  
procul sedens Ironibus,  
& luridis erabronibus,  
gentem pram prementum.

2.

Sed occupatur unice  
in puritate Legum ;  
Verbum Dei tenet pie  
Templum fovens Scholarum ;  
audit legitq; alacriter,  
iussit Deus quod acriter  
nos moribus tueri.

3.

Succedet huic prosperrime  
Felicitas; abunda  
ut Arbor, ad rivus aque  
fructum facit profunda;  
Comasq; profert vividas,  
sentit nec auras lividas;  
largissime beatus.

4.

Perinde non erit Viris  
exlegibus benignè ;  
Sed hi peribunt in meris  
pulvisculis malignè ;  
& derepente corruent ;  
penasq; contemptus luent ;  
jam vindicante Jlorâ.

A

5.

Pios enim novit Deus  
horumce vota ditans ;  
in impios atrocius  
eorumq; fata scrutans ;  
spe munerum mox decutit ;  
vi funerumq; comprimit ;  
radicitus peremptos.

PSALMUS VI.

1.

**R**erum Pater mortalium  
O temperator alme ;  
Ultor severe liberum  
virgâ furente palme ;  
livore parce verberum,  
favore sana saucium ;  
nam Filius meretur.

2.

Velociter ne vindica  
neu derepente cade ;  
sed mi faventer indica  
jus in beante sede :  
medere vibici mee  
& seva tela contine,  
â morte sim quietus.

3.

Plus ô satis dum languco,  
& anxius fatisco ;  
in osibusq; torpeo  
& hinc & inde glisco ;  
progressus & labantium  
instar vacillo plurimum,  
quousq; ! quô relinquer ! Ad

Ad

4.  
Adverte vultum gratiae  
meo Deus dolori;  
averte vitæ noxiæ  
pœnam meo furori:  
prius Necis quam flumine;  
mergar, tuoque numine  
procul perisse dicar.

5.  
Jam torpeo suspens  
desiderij patientis:  
Et angor, à culpis meis,  
vi cordis impotentis;  
salsedinem sudo meram;  
hanc aufer, ut ne perperam  
me devoret medendum;

6.  
Carbone conscientia  
vultus mihi perustus;  
crabrone pestilentia  
hypocrita invenustus  
me laucinat; quos Tu Deus  
confunde cum reatibus  
Et hostibus malignis.

7.  
Hinc ite Nequam nescij  
quæ Lege, quoque factio  
Cordis Deus fundum sui  
quo proferatve pacto,  
indulset ex Evangelij  
mi gratiam verbo sui  
largus Remissionum.

8.  
Quapropter Hostes deserant  
me cordi-tus dolentem;

Deo favente comprimant  
fraudem mihi nocentem;  
Nam derrepente concident  
Et æviternum nesciens  
damnosa Turba Cœlum.

PSALM. XIII.

1.  
Ah! quanta quanta sarcina  
mentem meam gravavit!  
Luctantur in me vulnera  
quæ nemo colligavit!  
Horresco quo vis angulo  
quoque, deseror tuo  
vultu, Deus, benigni!

2.  
Ah! quamdiu regis tuo  
lucem benignitatis  
Clienti; eheu! satius gemo  
fessus malignitatis!  
nam jugibus curis premar,  
Et à quiete differar,  
procul nova salutis!

3.  
Jura tuis Hostis quamdiu  
me jubilabit ultra?  
qui clam furit nixus Tribu  
mei potens maligna:  
Et viribus fretus suis  
privare jure Nominis  
me spirat innocentem.

4.  
Ah! Copiam Clementia  
meis fac, oro, causis:

Et au.



Et aufer invidentia  
vim, quâ furit Tyrannis.  
vide meam fidentiam,  
oculis meis nitentiam  
da, ne necer dolore.

5.  
Hostis Poline prodigus  
hac carne compotiri  
possit, nec ausit corditus  
fortasse gloriari:  
Viciisse se; ludibrium  
Et reddidisse me suum.  
Scis nostra jura Cause.

6.  
Vultus tui me compotem  
si feceris, beabor:  
gentis tuæq; complicem  
si scripseris, levabor:  
cutaberis clientulum  
Clementia per spiritum:  
dux est hic innocentum.

7.  
Jam precipe, ô, Tibi novam  
mens leta amicitiam;  
Et sume confidentiam  
Dei ob benignitatem:  
qui prevalens hostilibus  
minatus est ancilibus  
Hostes ferire nostros!

## PSALMUS XV.

1.  
Quis in Tuis Palatijs  
pacatus esse speret?

quis in pijs Ecclesijs  
Nomen tuum requires?  
munitus à firmâ fide,  
nixus sacro spiramine  
strips Gratia! Jehova.

2.  
Sinceritatem dogmatis  
amans Deiq; Mystas:  
Jurisq; norma simplicis  
vitans spes profanas:  
Cui lingua plana puriter:  
nec corda plena, duriter  
est utiq; laborant;

3.  
Qui Proximi Famam boni  
non tetricè lacescit:  
Nec Ore duplicis soni  
negocium facescit:  
nec suscipit mox impium,  
Sed suspicit gregem piûm,  
verè Dei verentum.

4.  
Promittit, Et Fidem facit,  
nec Jurat: impiantum  
nec rete sanorum jacie  
panem vorans clientum:  
nec dona carpit fontium,  
periculo innocentium  
nil profutura Calo.

5.  
His qui gerit se moribus  
It ille Christianus:  
nec hostium terroribus  
exul perit profanus. A 2 defens

defenditur manu Dei  
in flore muneris sui, 1  
à sine fit Beatus.

### PSALMUS XXIII.

1.

**P**astoris instar me Deus  
custodiã tuetur;  
Et hinc Et hinc defectibus  
avum carens videtur;  
ut parte nullã fluctuem,  
Gnatum Dei dum producem  
me sustinere novi.

2.

In pascuum Verbi sui  
florentius reduxit;  
Et hinc Et inde commodi  
mibi favore luxit:  
pectus meum solatijs  
beabit, Et recens aquis  
à fonte gratiarum.

3.

Angore lapsum recreat  
sui faventis ore;  
Et desuper me subleuat,  
momento in omnis Hora;  
manu regens opis suã;  
vita decentis tramite  
Ob nomen æviternum.

4.

Noctes dieq; dirigor  
sanctæ pedo salutis;  
Corpus tenetur atq; Cor  
innoxium Periculis;

non terreor tenebricis  
horroribus, cunctis vjs  
Comitante Te Jehova!

5.

Sternis mihi tu mensulam,  
quod oderit vel Hostis;  
stillant olivã crinium  
contortiles plicatus;  
Et poculum solatijs  
Offundis, ut fruatur tui  
dulcoribus favoris.

6.

En ecce, fons Clementiã  
non ille præteribit;  
Felicitas opulentiã  
Semper comas coibat;  
ut inquilina perpetis  
stans, mansitem, Ducis  
Et adibus superni.

7.

Hanc nutuum signaculo  
Spem, Christe, firma, Jesu?  
astug; me satanico  
clementer expedito;  
Ut instar agnelli tui  
Indormiam, potens mei,  
perenniter beatus.

### PSALMUS XXXII.

1.

**F**elix, cui nullum scelus,  
dum vivit, imputatur:  
ut Gnatus a parentibus  
faventiã beatur; Peras

*Pœnas Deo qui non luet ,  
Sed Cœlitus Pax imbuet  
Mentem Deo peritam.*

2.

*Vivente vivit Hic Deo ,  
liber malignitatis ;  
nec Spiritu peccatus reo  
fert ille falsitatis ;  
Hypocritam calamitas  
ferit ; quod alma mititas  
Christi fuit neglecta.*

3.

*Cum disputarem criminum  
celare velle pontum ;  
promitteremq; virium  
velare posse contum ;  
medullitus me perdidi ;  
tranquillitatem prodidi ,  
cor anxium tremebat.*

4.

*Confessus horroris lucem  
Clementiam petebam ;  
astus tui veri gravem  
ignemq; providebam ;  
sedata conscientia  
rexit scelus Clementia  
ob Messia favorem.*

5.

*Hanc propter omnes integri  
Senes puellulq;  
precantur ore corculi  
Et obtinent ubiq;  
per Spiritum nixi Fide  
Remissiones liberè  
sic auferunt malorum.*

6.

*Te nitor unus unico ,  
vel Mors furat , vel Orcus ;  
Innoxium satanico  
quî faxis orbe , fidus.  
Jesus enim Christus tuus  
pro singulis reatibus  
persolvit omne lyrum.*

7.

*In Lege dogmatis tui  
Oclis favens reges me ;  
In orbita fiducia  
semper tuens teget me ;  
Ut in tuam ductus viam  
Jam Veritati postferam  
mibi quod est amori.*

8.

*Linguis favete ; amabiles  
salvete nunc homulli ;  
nec sitis indomabiles  
feri velut caballi ;  
Jovam sequentes vivite  
ejus furor ne livide  
Vos obruat furentes.*

9.

*Pœnis maligni plurimis  
à falsitate ringunt ;  
nam spem sibi lubricinis  
à vanitate fingunt ;  
Fisi Deo , solatiùm ,  
Carpent poli palatium ,  
Hoc jubilate Justè !*

A 3

PSAL

PSALMUS LI.

1.

**A** Hmitate me, Deus  
 accinge supplicanrem;  
 parcens meis reatibus  
 Christum per expiantem;  
 Heros patens,  
 Mundi potens,  
 Homo Deusq; plenè!  
 Qui Nos Tibi  
 Dum servulè  
 placavit Ore planè,

2.

Mercede pactus illius  
 remitte mi reatum;  
 & solve me doloribus  
 Clementer expiatum;  
 Quibus meam  
 Fiduciam  
 Mordens fatigat angor;  
 Ceu luridà  
 me lanceà  
 transfigis iste languor.

3.

Culpà frequens plurimum  
 Contaminor sequaci  
 pollucus & per alveum  
 matrù, feror procaci  
 Infantia,  
 Nocentia  
 Corruptus undiquaq;  
 Lux nobilis,  
 Lapsu patris  
 Ad a exit usquequaq;.

4.

Deposceres si servulum  
 ratione computatà;  
 proferre posses jus tuum  
 virtute delevatà;  
 cuius merans  
 carentiam  
 Fides reponit alma;  
 In Filio  
 Jesu tuo  
 dum sola fixa palma.

5.

Illius unctum sanguine  
 me reppara faventer,  
 Ut mente juxta & corpore  
 resusciter recenter,  
 à foribus  
 & motibus  
 recolligam salutem;  
 quam lumine  
 levamine  
 nosti beare tutam.

6.

Fac ergo splendor Gratia  
 patefeat ô paterna;  
 vultus Tue indulgentia  
 elarescat, ut lucerna.  
 Sic criminum  
 peccatus meum  
 à vinculis redemptum,  
 per spiritum  
 Sanctum tuum  
 te laudet æviternum.

Son-

7.

Sentes docebo proprijs  
 exemplis benignè;  
 Ne segregent sese tuis  
 à tempulis maligne;  
 Jam Cœlicam  
 sed gratiam  
 malint ut experiri:  
 per Filium  
 Pacis ætronum:  
 vinculis & expediri.

8.

Infunde vim solertia  
 labellulis fatentum,  
 & spircum clementie  
 Cœlestis appetentum:  
 quem maximum  
 solatium  
 Cordis tuipse fixisti;  
 & illius  
 patto reos  
 mundare velle dixisti.

9.

Pre victimis hoc omnibus  
 tibi fateris esse:  
 almis suavitatibus  
 gaudes, præputasse:  
 Si corditus  
 reatibus  
 quis liberari amârit:  
 & à malis  
 procul dolis  
 à te bearis ovaris.

Nunc

10.

Nunc auxiliij sacram novi  
 adsperge rore gentem;  
 & nominis memor tui  
 nostram refinge mentem;  
 Ille Veritas  
 semper novas  
 experta dia laudes  
 sit; perpetos  
 que celices  
 vivent super manentes!

PSALM. LXXXIII.

1.

**H**Ei! sorte quantum dispari  
 jaclamur hoc in Orbe!  
 dum se saginant impij  
 honoris endo corbe;  
 Mortis procul periculis,  
 læti technarum spiculis;  
 & nescij dolorum.

2.

Hinc efferuntur ardui  
 licentiâ fluenti;  
 pluri tumentes impij  
 frequentia infrequenti:  
 consulta vana proferunt  
 decreta sana proterunt,  
 suos truces sub ausus.

3.

Effata laudant propria  
 ceu lapsa sine Olympo;  
 Contra loqui sententia  
 non ausit ulla tuto.

bas



bacchantur in gregem piūm  
hypocritam sed impium  
tutantur arrogantes.

4.

Ast integer vita sua  
cum suavitate morum,  
perpeffus est se deserī  
serobe septus angulorum;

Et indies vim verberum  
Et sentit iratum Deum,  
vir nobilis dolorum.

5.

Quis à Deo justos putet  
non ergo desitutos?  
quis in Dei malos neget  
sinu sedere tutos?  
testabitur finis tamen  
discriminis notam gravem,  
Sors qua fiet piorum.

6.

Tu fastuosum collocas  
in ruptali theatro;  
Ut spe suā prius ruas  
Et invehas averno;  
Ut somnium velociter  
Exibit hinc atrociter,  
Cui non faues, Jehova!

7.

Jurata parmā sed tuā  
gens firmiter fruiscei  
sperat; licetq; de suā  
se functione trudi,  
nōrit; tamen sine altero  
pactog; Neminis tuo  
Obit, memor moriri.

8.

Proinde tollerantien  
dicam perire fastum;  
Et mentis innocentior  
ducam deinde festum;  
ac preparabor promptius,  
ut evolem jam comitius  
puncto vel hujus hora.

9.

Hic terminus mihi DEus  
Et copia est salutis;  
si deserar frequentibus  
regnis, manebo tutus.  
dum spiritus plenum tui  
haret modò pectus mihi;  
hoc Copiarum abundè est.

10.

Fac Corpus Et mentem simul  
hoc orbe demoriri;  
mens agra non tamen procul  
a te velit morari;  
pars Christe Jesu perpetim,  
Salus, mihi solatium,  
vivente te, beabor.

11.

Est gaudium semper meum  
evangelii venustas.  
Agri, domus, ador, merum,  
honos, favor, potestas,  
Mundus; precii sunt nullius:  
Meæ lubentia Unius  
Nomen Tuum, JEHOVA!

PSALM.

PSALM. XC.

1.

**O** qui Genus Mortalium,  
dum Filium verentur,  
nosti; priusquam montium  
convertices creantur.  
Et luce spexisti fœderis  
pro Terra quam fuit tuis  
fundata prologis inis.

2.

Ade vide nos tetrico  
deperditos reatu;  
mortis ferè tenebrico  
nos deprimur varatu;  
carnemq; & ossa perbibit,  
sanctos ubiq; perruit,  
quomq; degularit.

3.

Ad floris instar crescimus,  
decrecimus repente;  
jam funerum torpescimus  
pompa nimia frequente;  
ab! ira tanta Numinis  
mortalium de criminis  
est seva pellicatu.

4.

Furore nos ob hunc tuo  
celerrimè perimus;  
& ocyus spe mox humo  
levare nos nequimus;  
fructi quiete perbrevis,  
de more vocis, effugi  
ceu transitu volamus.

B

5.

Accisa nostri temporis  
Iehova, puncta tractas;  
& aeternam perpetuam  
viam juris usq; jactas;  
semper tuopie victuas,  
millena secla deputas  
esse unus dies.

6.

Ab! Vita quam mortalium  
effusa tota plagis;  
& hi tamen tot fraudium  
gaudent ubiq; textis:  
Octava quamlibet decas  
rarenter avi terminos  
prolongat ampliores.

7.

Quin condoce facis Deus,  
nos consimul moriri;  
Vivamus ut prudentius,  
dum tempus est, Beati.  
& praparemur antea  
transire Christi splendidâ  
Fide viaticati.

8.

Largire vultum gratie  
hac temporum ruinâ;  
nos & tuo sinu fove  
à demonum procellâ;  
solamen & fidentibus,  
levamen es sperantibus  
in te, Pater ministris.

9.

Tuere jura Principum  
& Curias regentum;

C

Et prospera cunctis manuum  
laboris appetentum;  
clarisq; Te sonoribus  
Et fulgidis honoribus  
laudabimus decenter.

### PSALMUS XCI.

1.

**D**E I fruens signaculis  
altissime regentis;  
ejusq; sese in braciis  
fidius, fidem tuentis;  
faustissime dicit Deo  
tu spes, asylon, arx tuo  
verè manes ministro.

2.

A fune Et à rictu Canum  
venantium tuetur;  
si forsan ictu luminum  
Cor, Corpus Et, feritur;  
à tabe pestilentia;  
servabit illum larida,  
cunctis Et à ruinis.

3.

Pullaster alà ceu sua  
matris regente fidit;  
Servabitur de Numine  
quicumq; nocte eredit;  
Et ille non spectaculis  
terrebitur tenebricis  
noctu furente larvâ;

4.

Si mille morte temporum,  
seu Marte disperibunt;

bis mille quingies Viribus  
consistere Et nequibunt;  
expers eris tamen mali:  
asylon est enim tui  
Solatij Jehovah.

5.

Pasces Et signem Luminum  
videns obire Sontes;  
quorum dolo furentium  
pias perisse mentes  
est creditum; Vindex enim  
Deus reflectet interum  
Vim fraudis in Magistros.

6.

Non obviam contaginum  
livoribus coibis;  
Consortio sed Angelum  
quietus obtinebis;  
sectatus ille te feret,  
Et in vijs semper teget,  
ne Pas tuus labetur.

7.

Savog; calcis Damonum  
callo teras venena;  
Fiducia per Spiritum  
spe deprecans serena;  
Et postulans nomen Deū  
ut numen applicet tibi  
regentis, audientis.

8.

Præsentem à periculis  
nos ille liberabit;  
potenter idem spiculis  
neciq; vindicabit;

Christus



Christus die novissimâ,  
fratrum suorum gaudia  
post nubilum reponens.

9.

Ad dignitatis gloriam  
caelestis evehemur;  
Olympicamq; adoream  
mox in novam regemur;  
hac jubilate spe Boni  
congratulantes; ad Dei  
Salus sedet Tribunal.

PSALM. CXLVI.

1.

**D**ecus Dei sublimibus  
dum laudibus decoro;  
& nomen ejus amplius  
vitam colens bonoro;  
ille unice  
juvat probè  
ex grandibus periculis;  
& liberat,  
quos pregravat,  
vis sava, scava curis.

2.

Presente alo fidenciam  
jam copiosiore;  
nam Damonis potentiam  
franget ferociorem;  
& si fremens,  
urens, furens,  
Squamas subornârit;  
impune vos  
tamen Deus  
ex huic liberârit.

3.

Felix ter iste centies  
quem saepe crux fatigat;  
nam sospitate millies  
prolixa damna mutat;  
placens Deo  
vitans reo  
Cælo satus videtur;  
Et filij  
ritu pji  
Solum Deum veretur.

4.

No contraite, bestia  
de more, Christianis;  
Si virgullæ vos sua  
vibice vult probari;  
pulum velut  
aurum aacet  
vos igne comperiri;  
& à suâ  
valentia  
Solertèr expediri.

5.

Saltem Dei fiducia  
In functione stetit;  
mutare novit tristia,  
Crucis sua periculis;  
atrociter,  
velociter,  
turbabit Hostis artes;  
alacriter,  
& acriter  
curtabit huicæ sortes.

6. No

Non ange Te, quod longius  
 vides tripudiantem;  
 numis beatum largius  
 claresq; jubilantem;  
 quiesce Tu;  
 fac ultio  
 penes Deum sit omnis;  
 tempus breve  
 hostes (grave)  
 Orcinus ambit annis.

7.

Jam tum recumbis in situs  
 Squalloris iste factus;  
 hospesq; pompa nunc diu  
 damnatur hic nefastus;  
 quiete nec  
 fruatur hac  
 caliginosa Virtus;  
 sed jugibus  
 terroribus  
 angetur ille totus.

8.

Ab Vita nostra cou Vapor?  
 quid impij mirantur?  
 Inanis est Datum favor  
 quo saepe gloriantur:  
 Obnoxij  
 semper pari  
 Sorti manent potentes.  
 non arduam  
 licentiam  
 pra caeteris tenentes.

9.

Gens saepe fallit splendida,  
 sunt ponderisq; parvi;

Et inuenit mendacia  
 gregis favore pravi;  
 In unica  
 semuncia  
 duodecim librantur;  
 profunt parum;  
 ut in situm  
 Orcumq; deferantur.

10.

Hic ergo cautè se geret,  
 spem commodè locando;  
 Qui vana monstra proteret;  
 Numen subinvocando;  
 enim Dei  
 semper Boni  
 promissa non peribunt;  
 Et integri  
 Verba sui  
 Tuis necis manebunt.

11.

O juste, justè vindica  
 negocia innocentum;  
 semel Deusq; vindica  
 à vi ferocientum;  
 parmam tuis  
 Et Orphanis  
 prafer recens-favorum;  
 Ut esse Te  
 Norint probè  
 Regem potentem Honorum.

Oda I. in persecutores

**N**unc, o Deus, nunc adfere;  
 quem prosequuntur Omnes  
 hostes,

hostes, furens impiè  
in estimationes ;  
juxta miuui - maximi,  
frequenter uniusmodi  
dum confluunt gregatim.

2.

Nunc hæc, & ista, disputant ;  
sententijs coactis ;  
periculo me deputant  
suffragijs peractis  
In infimum Sortis locum,  
Quid? intimum Mortis focum  
Me si darent, Beati.

3.

At tu tuere me, Deus,  
& rete rumpe fraudum ;  
& devora flammis eos  
spe defluente laudum ;  
flammis cruenti, quas canes  
hi destinârunt mi truces  
si sepe Linguarum.

4.

Quin plectis o tribum feram  
mixtos, senes, juvenia ;  
O quin Jüda luridam  
evellis ore barbam ;  
quod me premunt innoxium  
miscendo triste toxicum ;  
plebem per, & per Aulam.

5.

Quis Tu repende largiter  
centuplicis, Librâ ;  
hos ire pessum turpiter  
fac iram in ense vibra ;

B 3

vonchis ut explosi sciens  
quo me periclo deputand  
perire, se perisse.

6

Spe fesus illâ jam mihi  
novum paro levamen ;  
suis eos tricus doli  
sensisse jam gravamen ;  
dentes iniqui jam strepent ;  
fac his manus ut concrepent,  
me sepe persequentum.

7.

Delata Causa sic simul  
est vindici supremo ;  
Hic innocentiam semel,  
quem praterivo Nemo  
potest, beabit Ultor, &  
in arrogantes effuret ;  
Ut cogat hinc in Orcum.

## Oda II. In Persecutores.

1.

**A**dverte lacrymas, Pater,  
quas Mentis aula fundit ;  
& auxili vim desuper  
da, mors iniqua tundit ;  
ab parcius,  
ultricibus  
me lancina flagellis ;  
placatior,  
pacatior,  
à Filij procellis.

2.

Ab cerne mœstitudinum  
me copiis subactum ; hinc

*hinc inde turpitudinum  
dolentijs coactum;  
dum deprimunt,  
& ingruunt  
peccata perpetrata,  
Tu saucium,  
fac vividum,  
Salute repparata.*

3.

*Intrinfecus multas Cruces  
clam sentio latentes;  
& invidos nimis truces  
hinc inde persequentes;  
qui luridis  
in circulis  
deliberant iniquum;  
mendacijs  
& me meris  
hinc differunt amicum.*

4.

*Quod sustinere innoxium  
res hac & ista poscit;  
Et caecutire commodum  
mens conscia una noscit;  
flagella dum  
mittunt reum  
que jam premunt merentem;  
mox o tuo  
Deus jugo  
lovabis appetentem.*

5.

*O temporum callens Deus  
submergar ut, cave - fis;  
hostes perire protenus  
nostros, precor, jubesis;*

*qui plurimum  
vexaminum  
vim construunt malignè;  
hos tu vide  
defende me  
jam plus malis benignè.*

6.

*Refinde Texta Criminum;  
Obstacla dimoveto;  
Consulta frange fraudium  
& pacta dissipato;  
periculis  
eos novis  
offunde, ne furenter  
ausint suis  
mendacijs  
efferre se potenter.*

7.

*Jam faucibus resorbeant  
effusa verba fraudum;  
& in lacunas decidant  
factas mihi technarum;  
ne jubilent,  
ne nubilent  
famam tuam potentis;  
sed sentiant,  
quod jam negant  
sensusse, vim furentis.*

8.

*Dirumpe funes pharvacos  
cum pestili veneno;  
Et spiritu sensus meos  
nequam resinge amano.  
à pluribus  
jam les sibus* &

Et pinguibus molossis;  
    *resolue me,*  
    *decorabo Te*  
*paremibus Colossis.*

Oda III. In Linguas dolosas,  
    & mentes odiosas.

1.  
**A**H! repperiri quot vides  
    *venena Linguarum;*  
*bonos perit simul Fides;*  
    *senum atq; juniorum;*  
*purum Boni nec ullibi.*  
*Culcum quis invenit Dei*  
    *Incer Deum fatentes.*

2.  
*Enata Cælo Veritas,*  
    *ab Orbe jam recessit:*  
*Perijt familiaritas*  
    *quam sanguis expetes sit;*  
*Consanguis Et consanguinem*  
*desert amicus complacem,*  
    *Et libe se fatigant.*

3.  
*Jus ad tribunal duplicis*  
    *sententia sic unum;*  
*signata pacta simplici*  
    *Cerâ, manu, technarum*  
*causantur arte, litibus*  
*sic angitur non noxius,*  
    *vel morte vix diremitis.*

4.  
*Delatione plurimum*  
    *gravantur innocentes;*  
*aurumq; clam palam modum*  
    *premuntur innocentes;*

Et diffidentur interdum  
*nequam viri usq; Et usq; vim,*  
    *quâ deprimunt Beatos.*

5.  
*Antica sepe humaniter*  
    *frons in genu residit;*  
*postica pars immaniter*  
    *tecbnis parata fidit;*  
*retrosum Jüdaritibus*  
*Et impijs crabronibus*  
    *Opples potentium aures.*

6.  
*Amanior quisquam Sui*  
    *rem spernit alterorum;*  
*Et terminum transit modi*  
    *jactans suopte morum;*  
*scatet tamen plus Et nimis*  
*livore retro pectoris*  
    *cum Proditore Jüdâ.*

7.  
*Lasciviunt in omnibus*  
    *hi scandalis procaces;*  
*impunè sese fraudibus*  
    *mox explicant feroces;*  
*Et criminum indulgentiam*  
    *per numinis clementiam*  
    *Captant maligniores.*

8.  
*Hypocritas puni, Deus,*  
    *damnant enim immerentem;*  
*Et trude in orcum luridos*  
    *ad Demonem Parentem;*  
*Vulpes propelle vindice*  
*Virgâ, manus Et indice*  
    *Illide eis cerebrum.*      *Ut*

9.

Ut qui vident fastosulum  
 perisse sic Doëgum;  
 quod jam fit esca carniū  
 dicunt: Vide Tyrannū;  
 qui pompa, dum vixit, fuit;  
 eum Deus fluxit, ruit,  
 pessum deditq; totum.

10.

Eventus hic in omnium  
 pendet profanitates,  
 sed conscius recti suū  
 fert ad serenitates  
 pedem lavandum sanguine,  
 In hostiumq; flumine,  
 jam plenus ultionum.

Suspirium pro PATRIA νοβηά.

Χριστέ ἀνάξ, ὁ ἐπέργωσας πόλιν ἀμμῶν,  
 Ἀνθρώπου μέροπος πᾶσι χαριζόμενος  
 Αὐτὸς δὲ στρατὸν ὑβρισην ἔχθρων ἀπέρυκε  
 Τῆς δὲ πόλεως ἵνα σοὶ λαοὶ ἐν εὐφροσύνῃ  
 Ἦρος ἐπερχόμενοι κλειῆς πέμπωντι ἐπαυγῆς  
 Τερψόμενοι κιθάρῃ καὶ ἐρατῆ ἄθυσίῃ,  
 Μωσαίων τε χόροις ἰαχῆσι τε σὸν περὶ κόσμον,  
 ἢ γὰρ ἐγώνγα δέδοικ' ἀφραδίην ἐσορῶν  
 Καὶ σάσω ἀσῶντων λαοφθόρον. Ἀλλὰ σὺ χριστέ  
 Ἰλεως ἡμετέρηνην δὲ φύλασσε πόλιν.

ANNO

O Herr Gott erhalte Uns Ja In Fide Den bei D. Inen  
 VVor Dten.

ALITER.

O Herr Gott bei Unser Zeit/  
 Be V Vahr De In ar Me Christenheit.

FINIS.

Id 4206  
g

ULB Halle

3

004 167 287



f  
56

Sik. 18 u. 25 nicht in PICA,  
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17


10. Aug.  
Jul. 01

M









B.I.G.

Farbkarte #13

an 73

XX

LLA

LETUM

ni Livoris  
ij Luroris;

MAGNIFICUM  
SPARUM

EMAN,  
sult: eximiū;  
US MAJESTATEM

ω ποίεα,  
suffragijs Meliorum;  
Optimorum;  
quò oblatam  
sumentem,  
AM Prudentissimum.

TY P I S  
E B E Z E L I I,  
N N O  
It Mag Deblurg la Virgo!

